

13 Obijcies 1. si Deus poneret animam rationalem penetratiue in corpore, & impediret ne ex tali anima & corpore compositum resultaret, videlicet non ponendo vniونem inter duas illas partes, certe non fieret totum; ergo in compositione phisica deberet dari vnio, sive nexus distinctus a partibus, nec tens illas.

Respondeo, distinguo antecedens, Deus potest impedire in illo casu exercitium vniونis indistinctae a partibus, & sic ut non fiat compositum, concedo antecedens, potest non ponere vniونem ut non vniات partes, nego antecedens. argumentum supponit, quod vnio sit quid distinctum realiter a partibus, atque adeo quod possit afferri, & poni pro Dei arbitrio, quod est falsum; potest quidem Deus impedire exercitium vniونis indistinctae a materia & forma [dixi posse Deum impedire exercitium vniونis indistinctae a partibus corporis, si tamen hoc fieri possit] quia in sententia probabili, & si effectus secundarius causa impediri possit, non potest impediri primarius, cuiusmodi est vniire partes misti respectu vniونis indistinctae a partibus compositi: quare stando in hoc, possum negare suppositum, videlicet quod Deus possit ponere animam in corpore penetratiue, & impedire ne cum corpore vniatur, quando tunc sint omnia disposita, effectus primarius vniونis impediri non possit, & consequenter consecutio effectus, qui est vniatio partium; vnio namque est entitas quadam intrinseca partibus vniendi ab eis indistincta; unde quando partes ipse sunt approximate debita approximatione, non possunt non vniiri, & sic nego consequiam, vnde si Deus voluerit impedire vniونem, impedit approximationem, vel aliquam dispositionem ad perfectam approximationem necessariam, quod potest facere, & sic tunc vnio cum non sit in actu primo posita, non potest exire in actu secundum, & partes necesse.

14 Obijcjes 2. ablata vniونe a partibus distincta in compoستto substanciali tollitur in productione hominis generatio, quia anima rationalis creatur a Deo, materia non generatur, neque vnio, quia non est distincta a materia & forma; ergo nihil producent parentes; sed hoc non est dicendum, alias non essent parentes; ergo dicendum est ad talia inconvenientia tollenda, quod vnio inter partes cōpositi a partibus ipsis sit distincta ante opus intellectus, & ipsa a parentibus producatur, alias generatio hominis esset sine effectu productio, & deterior generatione verium, & formicarum, quod non est dicendum.

Respondeo, nego antecedens primum, & consequiam sub  
nam